

pijs & iudicantē primū seditiosi. & dicuntur Regi, & regno insidiari, ac clā opprimunt, vel occiduntur palam, Quod si efugerint, rursus apud exteros quib. sunt odiosi veniunt in piculū, Et tñ exulanti in mundo eccl'ie, Deus alicubi hospitium parat, sicut Helię apd' Sareptanā, Christo apud Aegyptios, & nūc Dauidi apd' regē Moabiticū, cui parētes cōmendat, p' eis magis quā de sua salute sollicitus, interim ipse in Odollam speluncā latitabat isticq; psalmū Cētesimū & quadragessimū primū composuit,

Sed cum nec sub terra tutus esset, & monitus fuisset a Propheta Gad, vt in Iudæā rediret, tertio cum Philisteis pugnauit, & urbē Ceilam liberauit obsidione, in qua tñ venientem Saulē expectare non audebat, quod diuinitus intellexisset, ciues quos a presenti periculo seruasset tradituros eum Sauli, quare in heremū

mū